

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Quistorp Abraham Heyse

**Disputatio Theologica continens Exgesin Dicti Apostolici Rom. III. vers. 23. 24.  
25. 26. De Iustificatione Hominis Peccatoris coram Deo, Eiusq[ue] causis  
omnibus**

Rostochii: Keil, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738032662>

Druck Freier  Zugang



Kart : A. Hayseus

F. Christop / 8  
R. U. theol. 1644.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738032662/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738032662/phys_0002)

**DFG**

DISPUTATIO THEOLOGICA  
continens Exegesin  
DICTI APOSTOLICI ROM. III.  
vers. 23. 24. 25. 26.

*De*  
**JUSTIFICATIONE**  
Hominis Peccatoris coram  
DEO, Eiusq; causis omnibus,

*Quam*

Divino Aspirante Numine,  
Cum consensu Venerabilis Facult. Theolog.  
*In celeberrimâ Rosarum Academiâ*  
SUB PRÆSIDIO  
*VIRI perquam Reverendi, Excellentissimi, & Clarissimi*  
**DN. JOHANNIS QUISTORPII,**  
SS. Theol. Doctoris, Profesf. Publ. & Facultat.  
Theolog. Senioris; Fautoris & Praeceptoris sui maximè  
colendi,

*publicè ventilandam proponit*  
**ABRAHAMUS HEYSEUS**  
Dantiscanus.

*Habebitur ad diem 18. Maii S. V.*  
*In Auditorio Majori.*



ROSTOCHII;  
Typis imprimebat NICOLAUS KEIL, Acad. Typogr.  
Anno Reparatae Salutis M. DC. XLIV.

1644

52

LIBRARY LIONE

COLLEGE OF COLUMBIAN

and AMERICAN LIBRARIES





# J. N. D. N. J. C. A.

## THEISIS I.



Gressuri, bono cum DEO, Analy-  
sis dicti hujus Apostolici, ordinis melioris cau-  
sa Subjectum & Prædicatum observamus.

z. In Subjecto monstrat Apostolus Ob-  
jectum Justificationis, quod Subjectum præ-  
dicationis alias dicitur, idq; dicit esse *omnes ho-*  
*mnes*, quo non solos impios intelligit, eosq; peccatorum nomine  
in signit, sed pios &q; ac impios; quod probatur ex versu præced.  
9. ubi de Judæis ( per quos in Ecclesiâ constituti ) & de Græcis  
( per quos increduli intelliguntur) dicit; quod sub peccato sint, &  
alibi (a) prolixius probavit, quemadmodum etiam mente in ejus  
fusius præter alios explicant D. Ecchardus (b) & D. Meisnerus (c)

3. Quæstio autem initio hic prætrit: Anne ab hac universalis  
Regulâ sint quidam excipiendi, v. g. Jeremias qui in utero dicitur  
sanctificatus (d) Johannes, cui magna prærogativa à Christo ipso  
tribuitur; (e) Et in utero materno Salvatorem mundi cognovisse  
dicitur (f) Maria, quam sanctam in utero conceptam esse, ex os-  
culo parentis matri Mariæ infixo singunt Pontificij, referente D.  
Osiandro (g) hincq; varia ipsi elogia tribuunt, quibus sanctam &  
omni nævo carentem asserunt, quæ legi possunt apud Bellarminum  
(h) & apud D. Chemnitium (i)

4. Verum huic Errori præter alia argumenta quæ apud Gra-  
werum (k) Meisnerū (l) & alios occurruunt hoc opponimus argu-  
mentū petitum ab universalitate Apostolici asserti omnes peccâsse,  
dicentis, nec quenquam sanctum veneramur, excepto unicohomine  
in gratia Christo Jesu (m)

5. Rejicimus secundò errorem Pelagij qui infantes ab hac uni-  
versali exceptit, cum aliis Schismaticis, quorū bene multi enumeran-  
tur apud D. Chemnitium (n)

(a) Rom. 8. 1.

32. Gal.

3. 22.

(b) Tom. 2.

disp. Gieff.

12. th. 38

(c) Antiph.

dec. 1. disp.

s. q. 3. th.

7. S. s.

(d) Fer. 1. 5.

(e) Matth.

11. 11.

(f) Lut. 1. 2.

44.

(g) Hist.

Ecccl.

(h) l. 4. de

A. G. c. 5.

(i) Exam.

Conc. Trid.

part. 1. f.

103.

(k) part. 2.

art. 2. in

A. C. m. 3.

(l) Antiph.

dec. 1. disp.

s. q. 3.

(m) Rom.

5. 15

(n) part. 1.

L.C. de

6. Sc. pecc. orig

6. Sequitur 2. Prædicatum, in quo Apostolus de his omnibus, duo enunciat, quorum primum statum depravationis, secundum statum Reparationis spectat. De primo dicit: *Quod omnes peccaverint.* Hic & peccare, non tantum denotat actuale delictum, sed in genere quamvis *èrōpeias* (o) & reatum vitiioso affectu contractum, ita ut ne ipsum originale malum excludatur,

(o) i. Job.  
3. 4.

(p) part. I.  
L. C. de  
pecc. orig.

(q) Esa.  
64. 6.

7. Quod Apostolus ulterius innuit his verbis: *Et desit uuntur gloria*, per quam gloriam intelligimus eam, quam DEUS judicat esse gloriam & quā vivificat, uti exponit B. Chemnitius. (p) Et non tantum Externam illam felicitatem, quam homo ante lapsum habuit, dominium in animantia, corporis impassibilitatem, & immortalitatem, sed & interna animi dona v. g. Justitiam Sanctitatem, Affectuum & voluntatis seu rationis harmoniam &c. Quæ erat gloria, quā in facie DEI ornati eramus; Illa autem jam amissâ panno isto abjectio induit fumus (q) Deoq; quasi fœtor horroq; sumus, cum omnibus posteris.

8. Quæritur autem: An verè legitimè, & non læsâ DEI justitiâ possimus privari gloriâ illâ cum Adamo, propter peccatum, quod ipsi non comisimus? Hoc ipsum cum Orthodoxis, nisi Scripturæ testimonii, contra Adversarios quosvis affirmamus.

9. Verè autem contrahi hoc malum dicimus: Non tantum (r) Ps. si. 7. per Imputationem, aut imitationem ut Pelagius deliravit, sed per (s) Rom. propagationem, quod etiam demonstrant Clatissima Scripturæ dicta e. g. quod dicamur in peccatis concepti (r) & nati quod mors in (t) in L. C. 5. 12. omnes transierit, eò quod omnes in Adamo peccaverimus (s) seu de pecc. o quod in omnes peccatum ejus propagatum sit, explicante D. Chemnitio (t) quod omne figmentum humani cordis ad malum pronuntiatur à juventute. (u) imò quotmodo staret dictum Pauli afferentis (w) Nos Naturâ filios ira esse, nisi jam in utero maledicti essemus, non quod natura sic creata, sed quod in Adamo vitiata sit, ut loquitur Calvinus (x) & quæ sunt similia hujus generis dicta.

10. Et quidem illæsâ DEI justitia hoc malum in totum genus (x) Inst. I. humanū verè propagari, ac eo ipso gloriâ istâ privari dicimus; Contra c. i. § 6. tra quod objiciunt Adversarij; DEUM detestari, ut filius moriatur (y) Ezech. pro delictis patris, (y) sed Resp. Prophetam ibi loqui non de pecca-

18. 20.

to

to naturali totum genus humanum concernente, sed de singulari,  
ut ex contextu demonstratur.

11. Imò dicendum est: Sic potius justitiam DEI declarari, qui-  
tam fervidus & Zelotes est, ut etiam in multas generationes visitet  
peccata parentum (z) Et quemadmodum DEI justitia non loesa-  
fuit, in eo, quod unus homo scil. Christus, qui simul est DEUS be-  
neditus in secula (a) pro omnium delictis innocens satisfaceret, ly.  
tronq; sufficiens solveret, illaq; redderet, quæ non rapuerat (b) sic  
nec hoc eidem injuriam infert, ut unius delicti pœnam omnes po-  
steri portent, quemadmodum hujus iræ & justitiæ divinæ plurima  
in sacris literis occurruunt exempla.

12. Adde quod imperscrutabilia sint DEI judicia, quæ occulta  
esse possunt, injusta esse non possunt: Quis igitur es o homo, qui  
respondeas DEO & obloquaris. (c)

13. Quæritur etiam circa Analysis hujus dicti: An in malo il-  
lo originali præter privationem etiam aliquid sit quoddici possit  
positivum? Quam quæstionem fusè deducit Bellarminus (d) re-  
prehendens Lombardum & alios Scholasticos, quod quæstionem A. G. c. 15.  
affirmârint, ipse autem tantum, dicit, peccatum originale esse me-  
ram culpam, & justitiæ gloriae inesse debitæ carentiam, nullamq;  
qualitatem positivam includere, contra quam sententiam prolixè  
disputat D. Chemnitius (e).

14. Nos Scripturæ testimonia, & ductum Pauli in hoc Apho-  
rismo expressum sequentes cum illis statuimus, modò absit arguta-  
tio in verbis qui dicunt: Peccatum originale aliquid privasse ali-  
quid posuisse.

15. Non enim Spiritus S. tantum in hoc loco *σέργεοντα* loriæ af-  
serit, sed & Ieronimus monstrat, dum omnes peccâsse dicit: Atqui  
non omnes homines peccârunt actualiter, qui vel ante Baptismum,  
vel etiam ante judicium boni & mali obierunt, & tamen etiam illi  
sub hâc universalis continentur quod peccaverint E. ut labes, sive ad  
peccandum proclivitas quædam, delictorum, eorundemq; pœna-  
rum reum faciens in illis intelligatur, opus est.

16. Ut rasea plurima Scripturæ testimonia, in quibus non tan-  
tum gloriae hujus & imaginis divinæ absentia negativè describitur,

(f) Gen. sed etiam pravorum affectuum, & corruptionis positio asseritur, ut  
8. 21. sunt ad mala à juventute proclivitas (f) in quo loco non est hyper-  
(g) l. 5. de hole quædam excedens rei veritatem, ut explicat Bellarminus (g)  
A. G. c. 3. sed totius generis corruptio indigitatur, ut fuscé demonstrant D. Meil-  
(h) Antr. nerus (h) & alij. Peccati inhabitatio (i) & quæ sunt similia, quæ  
dec. 1. dis. 9. passim in Scripturis occurunt, & apud eos qui controverbias tra-  
6 q. 3. th. 4. dant reperiuntur.

(i) Rom. 17. Vidimus prædicati partem unam, quæ statum depravatio-  
7. 18. nis notat; Sequitur altera, quæ statum Reparationis describit; Illa  
est justificatio nostra, quam per omnes causas describit Apostolus.

18. Antequam autem illas explicemus, opera pretium est Ho-  
monymiam, quæ errorum est genetrix, evolvere, quam vocabulo  
justificationis inesse deprehendimus, propter varias ejusdem ac-  
ceptiones.

19. Non placet autem jam, nec scopi nostri est, varias Etymo-  
(k) part. 2. logicarum rationum recitare sententias, quæ apud Authores pas-  
L. C. de. sim reperiuntur. Hoc saltem sub controversiam rapiemus: Quæ  
Justif. c. 4. nam justificationis significatio in hoc loco acceptanda sit s: quid  
(l) Antr. justificatio propriè in hoc actu significet. Varias autem hujus  
dec. 3. dis. 24. q. 1. vocis homonymias qui desiderat adeat Chemnitium (k) Meilne-  
rum (l) Graverum (m) & alios.

(m) part. 20. Prænotamus autem Vocabulum justificare vel justificatio-  
2. in A. C. nullibi apud Latinos profanos autores usurpatum legi, conceden-  
membr. 1. tibus ipsis Adversariis, Bellarmino (n) Costero (o) quapropter sen-  
(n) l. 2. de sus ejusdem ex sola Scripturâ petendus erit.

justif. c. 3. 21. Quamvis autem an alio atq; alio modo in scripturis vox  
(o) In En- illa usurpetur cum nemine contendamus, tamen in hoc loco  
chir. c. 6. non nisi forese m sensum voris justificationis admittimus.

(p) part. 22. Dissentimus igitur hanc in parte à Summulistis, Thomistis,  
L. C. de ju. & Jesuitis, qui varie disputant de significatione verâ hujus Vocabuli,

stif. c. 4. dicuntq;: Quemadmodum calefactio importat motum ad calo-  
(q) part. rem, dealbatio motum ad albedinem, quæ positivè Subjecto indu-  
4. in A. C. cuntur: Ita justificatio significat motum ad justitiam. Seu ut Tho-  
p. m. 6. mas definit: Justificatio est transmutatio de statu injustitiae ad sta-

(r) In En- tum justitiae, referente B. Chemnitio (p) & D. Grawero (q) quam  
ebir. c. 6. sententiam etiam sequitur Costerus (r) cum asseclis.

23. Ves.

23. Verum talem sensum planè in hoc actu explodendum, & forensem accipiendum esse, demonstrat ae evincit, integri processus judicialis conditio, & omnia requisita, ut actor, reus, testis, judex, chirographum, tribunal, &c. quæ describi circa hunc actum solent. Cum enim in judicio DEI stemus gloriæ carentes, Legis poenam suscipere digni sumus; DEUS autem respiciens satisfactiōrem Filij, de qua infra agemus, motus ea peccatorem justificat i. e. absolvit à peccatis, & justum esse pronunciat, non novas qualitates infundendo, sed peccata tegendo, & eadem non imputando.

24. Interim tamen planè hic omnia mutationem non rejicimus, ut Costerus falso nobis tribuit l. c. sed modò Physicam, quam Pontificij singunt. Si autem denotetur quævis generalis status mutationis variatio, omnino eam concedimus, ut quando peccator è statu iræ ad statum gratiæ transfertur, non tamen propriè id ad justificationem, sed ad proximè illam consequens referri debet.

25. Qui sensus forensis ex innumeris Scripturæ dictis demonstrati posset, ubi homines pī remissionem peccatorum adipiscentes hoc vocabulum eo sensu usurparunt. v g David descripturus actum justificationis (s) modo forensi id facit, se enim reum agnoscit, Dominum judicem, petitq; ne in judicium intret cum ipso, alias nemo justificaretur, ubi sensus judicialis facile elucefecit. Hunc sensum etiam evincit parabola de publicano & Pharisæo (t) (s) Psal. 143. 3. (t) Luc. 18. 14.

26. Eviecto igitur sensum forensem hic locum habere, nosque absolvit à justo judice, qui tamen non justificat ex levitate, incuria, errore, vel iniustitate, nec in homine aliquid reperiri certum sit, in quo possit justificari, coram DEO, monstrandum est, unde hæc Justificatio s. absolutio profluat, ut tam DEI justitia quam misericordia illæsa maneat.

27. Hæc omnia nobis Apostolus præsentis in loco per omnes causas describit, causam cùm Efficientem & Meritoriam, tūm instrumentalem, formalem & finalem proponendo, quas omnes ordine videbimus breviter, pro scopi & pagellarum ratione.

28. Causam Efficientem Apostolus Gratiam DEI esse dicit. Ubi per hanc Gratiam cum Pelagio, referente D. Chemnitio (u) non intelligimus gratuita dona creationis, quod DEUS omnes homines a (u) part. 2. L. C. 48. zimonia justif. c. 3.

nimia rationalia, non bruta, saxa, aut cadavera nasci fecerit &c.  
quamvis enim sano sensu hæc concedi possent suo loco, tamen iste  
sensus hic planè exspirat. Secundo etiam lis nobis oritur cum Pon-  
tificijs, quid vocabulum Gratia in hoc actu significet.

29. Illi enim quia interdum vocabulum hoc in Scripturis desi-  
gnare, dona quædam gratuita pījs infusa inveniunt, statim à parti-  
culari argumentantes, eundem sensum etiam hoc loco nobis ob-  
trudere volunt.

(v) l. 2. de 30. Facit hoc in primis Bellarminus (vv) qui non tantum aliqui  
justif. c. 3. de id probare conatur, sed etiam hunc nostrum Pauli locum assu-  
mit, dicitq; vocabulo Gratia non DEI favorem, sed infusas Quali-  
tates denotari, quippe ille, Voce Gratiæ, iatis superq; sit declaratus,  
cui etiam assurgit Costerus (x)

(x) Encbir. 31. Verum eâ authoritate qua id Bellarminus & Costerus di-  
c. 6. p. m. cunt, eadem & nos illud rejicimus; non enim dicendum, sed soli-  
dis argumentis probandum esset. Rationes autem quas adferunt  
228.

(y) th. 36 37 leves sunt & infra (y) resolvantur. Et loca quæ adducunt partim à  
scopo aliena sunt, partim etiam fallaciâ compositionis & divisionis  
laborant, partim sanctificationem vel renovationem, cum justifi-  
catione confundunt; quæ omnia, si vis, exactissimè resoluta vide  
(z) part. 4. apud D. Grawerum (z) Et quamvis hic se extricare velint distinctio-  
in A.C. de ne illa inter justificationem primam & secundam, non tamen eam  
justificat. ob scripturæ autoritatem, quâ caret, assumimus.

32. Quod autem, negatâ Adversariorum assertione, argumenta  
(a) part. 2. firmissima eandem revertentia adducamus, nostramq; probemus, ac  
L.C. de ju- quod gratia vocabulum non infusas Qualitates, sed D E I favorem  
stific. denotet demonstremus, plurima arguments adducere possemus,  
(b) Anthr. que cum apud Chemnitium (a) Meissnerum (b) & alios prolixè de-  
des. 2. disp. ducta sint, ibidem legi possunt.

33. Nos brevitatis ergo hæc ponimus (1) Gratia illa quâ justifica-  
2. q. 2. mur, dicitur data nobis esse in Christo ante tempora secularia (2) an-  
(c) 2. Tim. te jacta mundi fundamenta (4) Hæc dona autem, quæ Adversarij in-  
1. 9. telligunt, in tempore data nobis esse dicuntur, nec ab æterno nobis  
(d) Eph. 1. 4. inhærent. Huc accedit quod Paulus ipse Gratiam hanc distinguit à  
(e) Rom. 5. dōis per gratiam illam datis & concessis (e)

34. (2.)

34. (2) Si propter justitiam infusam, & inhærentes qualitates justificaremur, utiq; hæc justificatio ad solos pios, & non simul ad impios pertineret. Sed consequens est falsum. Expressè enim Paulus justificationem Impij deeribit (f) dicens: Ei qui non operatur justitiam, sed credit in eum, qui justificat *impium*, imputatur fides sua ad justitiam.

35. (3) Adde quod hæc Gratia sapientia favor seu misericordia appelletur (g) propositum gratiæ (h) Charitas, non quā nos ipsum, (g) Tit. 3.5. sed quā nos ipse dilexit (i) & quæ similia sunt Synonyma, ex quibus (h) 2. Tim. quid hæc gratiæ notetur patescit.

36. Quod autem vocabulo *Gratiæ*, vocem *Gratiæ* addit Apostolus, id non pro Adversarijs, sed pro nobis militat. Ut enim ostenderet Paulus favorem illum DEI nobis non propter opera exhiberi, vel propter sanctitatem inhærentem, *gratiæ* id factum esse dicit i.e. ut alibi explicat (k) tanquam immeritum donatum. Post enim fieri ut aliquis Gratiam inveniat propter virtutes, ut Ioseph qui gratiam invenisse dicitur in oculis Potyphar, quia fuerit vir fortunatus. (l) Ne ergo & hic talis opinio suboriretur apud (l) Gen. quendam, Paulus vocabulo *Gratis* id refellit, Quod ipsum Græca vox δωρεὰ subinnuit, quo respiciens B. Lutherus nervose expressi vertens: Ohne Verdinst. Quamvis alij putarint: Paulum se ipsum explicare his verbis, & hinc verterint: *Gratis* i.e. *Gratiæ suæ*.

37. Imò è diametro opponitur hæc vox *Gratiæ* præparationibus dispositionibus, merito Congrui & aliis figmentis, de quibus Scholastici varias ex cogitarunt disputationes, ad quas DEUS respiciens quasi commoveatur, ut infundat gratiam seu gratuitam, quibus formaliter justi fianthomines coram D E O, quemadmodum prolixè refert B. Chemnitius (m) & Bellarminus ipse hæc dispositionum genera recenset (n) sed meritò hic vocabulum *Gratiæ* opponimus. Adversaris si autem *Gratis* & ex *Gratiæ*, utiq; non *justif. c. 13.* ex operibus, hæc ipsa enim Paulus pro immediate oppositi habet (o) Rom. 11. 6.

38. Quod etiam Bellarminus negat (p) vocem P E R propriè tribui posse causæ Efficienti, sed tantum formaliter falsum est, (p) l. 2. de nam plurima existant Scripturæ testimonia, in quibus vox P E R de justif. 6. 3.

B

DEO

(q) Rom. DEO enunciatur, causamq; Efficientem denotat, ut cum PER DEUM omnia esse dicuntur (q) imo ferè omnibus causis addi solet, 2. 10. quæ dñe V. Meisnerum. (r)

(r) part. 2. 39. Minime autem in totum negamus: Aliquam justitiam inhærere piis, sed potius affirmamus; Interim tamen illam in statu P. S. f. 1, Renovationis, tanquam Justificationis consequens, non autem 614. q. 9. tanquam formalem ejusdem causam consideramus, vel nuncupamus, quippe quæ sola, ut cum Bernhardo loquar, est meritum Christi, de quo infra differemus.

40. Sequitur II. Causa meritoria, quæ est Christus, is enim ut Gratia in tempore toti generi humano conferretur, promeruit, non ad modum Instrumenti sed meritorie acquisivit idq; Redemptione & passione sua.

41. Cum autem Redemptionis mentionem injicit Apostolus, deducit nos isto Vocabulo ad carcerem & hostes, qui nos captivos detinebant, quales erant peccatum, Diabolus, mors &c. Ab his omnibus Christum nos liberasse dicit Scriptura.

(f) Ebr. 42. Ideo enim Salvator noster homo natus est, & particeps factus carnis, quam habent infantes, ut per mortem destrueret eum, 2. 14. qui habebat mortis imperium i. e. Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant servituti (f) ipse nobis victoriam mortis & inferni dedit (g) à peccatis sanguine suo mundavit (h) à maledictione Legis liberavit, dum ipse maledictio factus est. (v)

(w) Gal. 43. Ne autem hæc videretur esse Metaphorica Redemptio, quemadmodum Photiniani excipiunt dicentes: Christum nos redemisse & salvare non nisi ratione doctrinæ, exempli, & traditæ à DEO potestatis. Ad quod demonstrandum etiam exempla plurima ex V. T. Moysis, qui à Stephano λυτρόν vocatur (x) & aliorum herorum adducunt, qui metaphorice absq; satisfactione vel

(x) Act. 7. 36. pretio liberasse dicuntur. Vel etiam ipse DEUS Israelitas redemisse perhibetur, (y) cum tamen nullum Pharaoni solverit preium.

44. Quapropter non tantum Paulus hic vocem ἀπλύτεως seu redemptionis usurpat & verbum ἀγοράζειν addit, quod empno-

emptionem certo interveniente pretio designat, sed etiam eandem  
Redemptionem determinat; quonam λύτρω facta sit. Illud enim  
tam gratum DEO & sufficiens, fuisse testatur, ut Dominus hoc Re-  
demptore placatus non tantum sit, sed etiam eodem tanquam pla-  
camento & Propitiatorium uti velit, ad ignoscenda omnium homi-  
num peccata, verà fide ad illud accendentium, hinc DEUM illum  
Propitiatorium proposituisse dicit.

45. Et videtur hic omnino alludere Apostolus ad typum illum  
in V. T. Ubi mandatum erat Moysi (z) ædificare propitiatorium  
ex auro mundissimo, sic dictum, quia DEUS illo placabatur, Moy-  
siq; tanquam ex oraculo responsa dabat. (a)

(z) Exod.

25. 17.

(a) Num.

7. 89.

46. Hoc propitiatorium verè repræsentavit Christum ratio-  
ne prædicationis, obvelationis, & placationis, quorum membro-  
rum explicationem vide apud alios.

47. Concidit igitur error Photinianorum asserentium, ædifi-  
cia templi V. T. cum adhærentiis suis & sacrificiis non præfigurasse  
Christum, nec typos ejusdem fuisse, cum non tantum Epistola ad  
Ebraeos omnia illa οὐκανόντες καὶ πολλά N. T. & Pontificis  
ejusdem fuisse dicat, sed & Paulus expressè hoc loco mentionem  
propitiatorij faciat, & quasi digitum ad illud in V. T. intendat,  
quodq; id ad Christum applicandum sit inveniat.

48. Corruit quoq; vana illa Socinianorum contrā meritum  
Christi exceptio, asserentium: DEUM nunquam generi humano  
infensus fuisse, cum in ipsum non cadat ira aut indignatio, sed  
misericordia & bonitas.

49. Verūm contrarium patet ex hoc dicto Apostolico, in quo  
dicimur esse omnes peccatores. DEUS autem odit peccata (b) &  
delicta separant homines à DEO (c) imò ira ejus manet super in-  
credulos (d) unde & Naturā filij iræ dicimur (e) Quidnisi ergò DEUS  
nobis succensuisset?

(b) Ps. 5. 4.

(c) Esa.

59. 2.

(d) Job. 8.

36.

(e) Eph.

2. 3.

(f) 1. Tim.

2. 5.

(g) 1. Job.

2. 3.

50. Accedit & hoc quod Christus Propitiatorium nostrum sit,  
& alibi mediator noster dicatur (f) si igitur DEUM nobis recon-  
ciliavit, nobisq; propitium reddidit, (g) ac noster mediator fuit.  
Utiq; DEUS nobis ante infensus fuit, nosq; pars ab ipso dissidens  
fuimus Atqui' verum prius E. & posterius.

B 2

gl. Nec 2. 3.

(b) 2. Cor. 51. Nee obstat, quod dicitur: DEU M sibi ipsi reconciliasse mundum in Christo (b) Ideo tamen Christus ab hāc expiatione non est excludendus cum hāc sint ratione causarum subordinanda non opponenda; Adde quod Redemptio sit opus ad extra, ad eoque juxta illud vulgatum, indivisa, & nulla persona S. S. Trinitatis excludenda.

(i) tom. 3. 52. Sequitur porrò, quodnam illud sit λύτρον quo Redemptio hāc facta est: Hoc fuit sanguis Christi. Ubi sanè non excludimus activam obedientiam (ut vulgo vocatur) quam Christus legi præstítit, quemadmodum contra Joh. Piscatorem tum D. Menzerus (i) tum alij hoc evincunt. Ultraq; enim obedientia Christi tam activa quam passiva lytron hoc constituit.

(k) Rom. 53. Nam Christus totam legem implevisse dicitur (k) ideoq; ejusdem finis (l) At lex non solùm poenarum sublationem, sed & vitæ sanctimoniam, suiq; actualēm impletionem requirebat, quod utrumq; nisi à Christo factum esse credamus, nullum nobis in vitâ remanebit solatium. Cum videamus, nos legi satisfacere non posse, & vitam talem agere, qualis justificatos & renatos decet.

(l) Rom. 54. Hoc in quam λύτρον Redemptio nostra acquisita est. Nec enim hic justitia DEI damnum passa, sed satisfactionem accepit, quā solutià DEU S placatus est, nosq; in gratiam recepit. Quoniam enim remissio peccatorum fieri non poterat absq; effusione sanguinis (m) & nunc tandem ultimis temporibus effusus sit verus sanguis in typis adumbratus, agni nimirum immaculati (n) utiq; remissionem peccatorum consequi necessum fuit.

(m) Ebr. 9. 22. 55. Nec est, ut hic ratiocinemur cum Scholasticis de voluntate DEI Absoluta; An secundum illam DEU S potuisset absq; ulla satisfactione nos in gratiam recipere. Nam hāc nobis occulta sunt quapropter revelatam ejus voluntatem exosculemur, secundūm, quam ipsi placuit nos in dilecto diligere (o) & extra Christum nullam salutem constituere. (p)

(o) Eph. 4. 12. 56. Et quamvis satisfactionem Christi Paulus quoad verba in hoc dicto non exprimat, facit id tamen quoad δύναμιν, quemadmodum alias multa in Scriptura sunt, quæ in ea non dicuntur intelliguntur tamen: Nam quicunq; nos liberavit, & placavit nobis infenso,

infenso, & quidem prelio interveniente, is pro nobis satisfecit,  
Atqui verum de Christo prius E. & posterius.

57. Majorem comprobat præter experientiam in processibus  
judicialibus, divina justitia, quæ omnino violata fuisset, si nullum  
preium æquivalens & satisfactorium intervenisset. Minor est Pau-  
li E. conclusio est certissima.

58. Huc accedunt plurima Scripturæ testimonia dicentia: Chri- (q) i. Petr.  
stum nos emisse non auro vel argento, sed proprio sanguine (q) 1.18. Act. 20  
imò nos justificari ejus sanguine (r) nos habere in Christo redem- 28.  
ptionem per sanguinem ejus, (s) Christum se ipsum dedisse re. (r) Rom.  
demptionem pro omnibus (t) nos esse redemptos in sanguine (u) & 5.9.  
quæ sunt similia. (s) Col.

59. Hoc λύτρον autem persolvit tam patri, quam sibi ipsi, quod 1. 14.  
quidem Photinianis absurdum, nobis autem mysterium vene- (t) i. Tim.  
randum videtur, cum DEUS sibi ipsi reconciliasse mundum [vv] & 2. 6.  
Christus etiam propitiatio nostra dicatur (x) Nec enim hic fuit (u) Apost.  
inter Personas Trinitatis quædam pugna voluntatis, ut Ostorodus 5.9.  
blasphemè querit, sed harmonia ob unitatem essentiæ [y] Adde- (vv) 2. Cor.  
quod nec in jure Politico absurdum sit, judicem sibi satisfacere, ne 5. 19.  
lex violetur, cuius rei possent adduci Exempla. (x) i. Job.  
2. 2.

60. Nec obstat: DEUM gratis & ex gratia seu Misericordia (y) Joh.  
nos salvare, si autem satisfactionem accepit intervenientem, utiq; 10. 30.  
non gratia sed debitum est nos liberos facere; Nam non opponi-  
mus satisfactionem hanc Misericordiæ, sed justitiæ DEI, quæ se in-  
vicem non tollunt, utraq; enim in hoc actu concurrit. Justitia, (z) Ezech.  
dum ne lœdatur satisfactionem expedit. Misericordia, dum de ju-  
re suo aliquid remittit, & aliena persona ad satisfaciendum admit-  
titur, cum tamen stricto jure eidem animæ, quæ peccaverat, mori-  
endum esset. (z)

61. Nec etiam obstat: Non potuisse Christum satisfacere, 18. 19.  
cum non pœnam delicto dignam, nempe æternam infernalemq;  
perpessus sit. Verè enim Christus dolores infernales sensit, præ-  
cipue in horto sanguineas guttas sudans, [a] in cruce se derelictum (a) Luc.  
clamitans [b] Et quamvis æternæ morti non manserit obnoxius, 22. 44.  
quoad temporis durationis actum, tamen subiectam, subjectusq; (b) Matib.  
illi 27. 47.

illi erat, mansissetq; nisi divina omnipotētia, quā possebat inter-  
(c) Act. 2. 26. venisset, juxta quam impossibile erat hunc sanctum Domini à mor-  
tis vinculis deripiēti [c] adeoq; pœna infinitatem personæ digni-  
tas compensavit, morsq; ejus æterna dici meretur ratione vigoris  
& intensionis.

62. Quapropter hanc passionem Salvatoris nostri DEO satis-  
fecisse satis apparet, si species personam si species premium. Quia  
enim infinitum Ens erat lœsum, infinita persona ad idem placan-  
dum requirebatur. Quia pœna infinita imminebat, Eadem etiam  
removenda fuit. Quod Christus dum præstitus, gloriam quā desti-  
uebamur nobis reacquisivit.

63. Hanc satisfactionem Christi, hoc propitiatorium solū  
interponimus inter nostra peccata & inter DEI iram, nec satisfac-  
(d) part. 2. tionibus propriis confidimus, aut illas meritorias cum Pontificiis  
Exam. c. 8. dicimus, addendas merito Christi, de quo vide D. Chemnitium [d]  
(e) 1. Tim. Christus enim solus est satisfactor, & unicus mediator [e] solaq;  
2. 5. propitiatio [f] cui citra ignominiam alias propitiations, & satis-  
(f) 1. Job. factiones addere non possumus.

64. Sequitur Instrumentalis causa seu medium apprehendens.  
Cum enim Paulus dicat: DEUM Christum nobis propitiatoriū proposituisse (προέθετο) utiq; manu quasi Spirituali indigebimus,  
quā hoc propositum donum apprehendamus, ac amplectamus,  
nobisq; applicemus; Hanc Apostolus dicit esse Fidem.

65. Lis autem nobis est cum Pontificiis & Photinianis, quid-  
nam voce Fidei in actu justificationis intelligendum veniat? Pon-  
(g) part. 1. tificij docent: Nudum Assensum cum notitia denotare absq; Fi-  
Exam. f. ducia, ut videre est ex concilio Tridentino, apud Chemnitium [g]  
154. seq. Coltero qui fidem justificantem cognitionis speciem esse dicit (h)  
(b) Encir- vel etiam Noticiam excludunt, & rectius per ignorantiam, Fidem  
c. 4. p. 30. hanc definiri posse afferunt, uti statuit Bellarminus [i] cui tamen  
Coltero in os contradicit, afferens: Fidei proprietatem esse, ut ea  
167. quæ fide tenemus firmiter cognoscamus l. c.

(i) lib. 1. de 66. Quamvis autem minimè diffiteamur. Vocabulum Fidei  
justif. 6. 7. varias significaciones admittere, quæ in sacro Codice passim occur-  
runt, & à Theologis annotatae reperiuntur. Attamen in actu ju-  
stifica-

stificationis firmissimam fiduciam cum aotitâ & Assensu deno-  
tare asseveramus.

67. Idq; contra Scholasticos, inter quos Thomas & alij sunt,  
dicentes: Fidem hic esse Instrumentum, non quatenus objectum  
suum nempe meritum Christi apprehendit, sed potius, quatenus  
tanquam aliquid dirigens est voluntatem, ut eliciat motus spei, &  
dilectionis, quibus ita præparetur, ac disponatur, ut de congruo  
meretur justificationis infusionem, & ne virtutes in quoddam  
incognitum agant, igitur fides illa proponit id esse, & sic etiam nu-  
dam notitiam & assensum sufficere insinuant ut pluribus refert D.  
Chemnitius. (k)

(k) part. 2.

Exam.

f. 157.

68. Contra hos inquam asserimus: Fidem & quidem cum ve-  
ra Fiducia conjunctam esse verum instrumentum apprehendens  
meritum Christi; Ratio Assertionis est: Quoniam D E U S huic  
Christum propitiatorium proposuit in sanguine, eo fine ut scil.  
quisq; eum sibi applicet & apprehendat. Utiq; instrumentum illud  
ita debet esse comparatum, ut finem illum assequatur. Nuda no-  
ticia & assensus id facere nequeunt, cum etiam in impiis dentur E.  
addenda erit fiducia. Hæc enim quia non tantum scit, & con-  
cedit, sed & sibi applicat, suumq; omne esse reputat, utiq; verè finem  
assequeretur, in quem propitiatorium hoc propositum est, illudq;  
apprehendet, & sic non à justificatione excludenda erit. Cœtera  
dubia eorumq; solutiones in discursu videbimus.

69. Patet etiam hinc, quodnam Fidei justificantis objectum  
adæquatum sit proprium & proximum (Non enim jam loquimur  
de Fide in genere cuius objectum omne in verbo D E I revelatum  
esse concedimus) illud dicimus esse, Misericordiam & gratiam D E I  
in Christo, tanquam nostro propitiatorio propositam. Et ratione  
hujus objecti Fides nos verè justificare dicitur.

70. Cui sententiae validè se opponit Bellarminus (l) ostendere (l) l. i. de  
conatur: Christum in genere à sanandis & aliis Auditoribus po- justif. c. 8.  
poscisse fidem justificantem, quæ tamen modò ut fides circa Omnipotenti-  
am, Omniscientiam &c. velsans describitur. Apostolos fidei  
justificantis specialis objecti misericordia D E I & Christi meriti  
nullam mentionem fecisse, & quæ sunt alia, Verum Jesuita multa  
ratus

rursus dicit, pauca probat. Contrarium enim in omnibus locis quæ adducit elucescit, & ad oculum demonstrari potest, quod in conflitu praestare parati sumus.

71. Fidem deniq; cum Instrumentalem justificationis causam dicimus; Intelligimus illam, cuius forma informans quasi est ipse Christus, quitanquam anima ejus, ut B. Chemnitius in L. G. loquitur, cuius motu agitur, & in facta ac opera Charitatis erumpit perq; ea efficax est (m) Non autem illam quæ à spe, Charitate, &c aliis virtutibus informatur, quam Pontificij configunt, & nobis hoc

(m) Gal.

5.6.

(n) l. 2. de

just. c. 4.

& 15. seq.

(o) Enchir

cap. 4.

non obscurè sequitur Costerus (o)

72. Photintani docent: Fidem illam quâ justificamur esse Fiduciam in DEO collocare, & ipsi obedire. Ex qua descriptione patet ipsos fiduciam & spem in DEUM sine speciali fiducia in meritum Christi, & obedientiam seu impletionem Legis & præceptorum DEI, Fidem justificantem dicere.

73. Verum hanc Fidei descriptionem multis modis in aperta Scripturæ dicta impingere facile est demonstrare, præcipue exinde quod Spiritus S. à justificatione omnem obedientiam, & omnia

(p) Eph. 2. 8 opera (in ordine causarum) excludat, ut ex gratiâ sit, idq; non ex

(q) Rom. nobis (p) & favor hic gratuitus operibus nostris opponatur (q) quod

21.6. argumentum prolixè deducit D. Grawerus. (r)

(r) part. 4. 74. Quodq; dicunt fiduciam esse collocandam in misericor-

dia A. C. diam DEI, eo ipso proprio se jugulant gladio, cum extra Christum

att. 4. DEUS nullum misericordiam exhibeat specialem seu reconcilia-

tionis (de generali enim & simplici affectu hic non loquimur) quip-

pe ipse solus est propitiator, propositus nobis, in quo, & de cuius

(f) Job. gratiâ plenitudine gratiam pro gratia accepimus (f) in illo dilecto

2.16. dilecti sumus (s) Quapropter dum misericordiam DEI requiri sta-

(t) Eph. 1. 6 tuunt ad salutem nostram, causam ejus promerentem, quæ est Chri-

stus concedere coguntur, quam non nisi Fide vera apprehendere

ipsumus.

75. Hanc igitur Fiduciam in misericordiam merito Christi par-

tam, causam justificationis nostræ verè dicere licet, salvâ veritate,

nec uthic cum Gothenio justificationem Metonymicam quandam

in

in Fide confingamus opus est, quem eo nomine recte perstringit (u)p. i. P.S.  
D. Meisnerus (u) si enim omnes justificationis causæ sibi recte sub- f. i. q. in  
ordinentur nulla orietur oppositio.

app. Rhet.

76. Consideranda jam venit ipsa Formalis justificationis cau- s. s.  
sa. Concilium Tridentinum, (vv) Bellarminus (x) Costerus, (y) (vv) sess 6.  
dicunt esse qualitatem inhærentem seu gratiam diffusam, merito can. ii. seq.  
Christi partam. Verum hanc assertionem fallam esse patet ex (x) l. 2. de  
Scriptura quæ non nostrâ sed Christi justitiâ nos justos fieri de- just. c. 3.  
clarat. Vocabulum Gratiae autem hunc sensum non admittere su- (y) Enchir.  
pra (z) demonstravimus. c. 6.

77. Dicimus autem formalem justificationis causam esse Re- (z) tb. 33.  
missionem peccatorum, quam Paulus exp̄s̄ indicat. Et quam- seq.  
vis in nostros Theologos valde debacchetur Bellarminus (a) quod (a) l. 2. de  
in causâ formalis ponendâ discrepant, nihil tamen efficit, nam prius just. c. 1.  
debebat suos conciliare Patres, qui in re dissentunt. Nostri autem in verbis tantum.

78. Quod enim quidam dicunt justificationem consistere in Remissione peccatorum, quidam in imputatione Christi non eō partes oppositas faciunt, sed tanquam causam & effectum distingunt, non autem divellunt, cum hæc invicem arctissimè cohærent, & quasi reciprocè prædicens: Quamprimum enim justitia Christi homini imputatur, eo ipso momento peccata remissa sunt & vice versa.

79. Cui nonnulli addunt distinctionem inter Formalitatem Metaphysicam, quidditatem rei & inter Formalitatem Logicam, quidditatis hujus rationem dicentem.

80. Adeoq; patet utrumq; stare posse: Nam & justitia Christi nobis imputata, est formalis justificationis causa. Non quasi DEUS justitiam infundat cordibus nostris tanquam habitum, sed reputatur nostra esse, quemadmodum nostra injustitia Christo imputata est, quorum pertinet typus de hirco emissario (b) & verba (c) quibus DEUM peccata nostra in eum conjectisse dicitur.

(b) Lev.

16 20.

(c) Esa.

53. 4.

81. Et quemadmodum originale malum ~~se~~ & Ieron involvit. Sic & hæc justificatio in imputatione consistens, modum geminum infert, privativum nempe, quo id quod adest abesse putatur, & positivum quo id quod abest adesse putatur, non tamen.

C

hæ

hæ distinctæ partes sunt, sed coherent, quamvis nos diverso modo  
ita concipiamus.

- (d) l. 2. de 82. Nec est, quod objiciat Bellarmiuus (d) hanc justitiam Chri-  
just. c. 6. sti imputatam, purum putumq; Luthierorum figmentum esse;  
¶ 7. Nec timemus anathemata conciliabuli Tridentini (e) aut calumni-  
(e) sess. 6. as, quas contra eandem evomit Costerus (f) cum expressis nitatur  
can. 10. ¶ Scripturae testimonii, DEUM nempe Impio Fidem (intellige non  
11. nudè sed in  $\chi\circ\delta$  consideratam quatenus respicit & apprehendit  
(f) de ju meritum Christi) imputare ad justitiam (g) Et quemadmodum  
stif. c. 6. Fides Abrahami imputata est ad justitiam, sic & nobis. Imò Bel-  
(g) Rom. 4. 23. larinus sui oblitus, hanc justitiam imputativam concedit (h) mo-  
(h) lib. 2. do non excludatur justitia nostra inhærens.  
de justif. 10. 83. Minime autem omnia peccata in justificatione totaliter  
c. 10. auferuntur, sed tantum teguntur (i) & non imputantur (k) per  
(i) Ps. 32. 1. mægav ut Apostolus h. 1. loquitur per *dissimulationem*.  
(k) Rom. 4. 8. 84. Imò quemadmodum nostra inobedientia, Christo fuit  
verè imputata, quod infeliciter negat Bellarminus (l) cum Chri-  
(l) l. 2. de stus verè dicatur languores nostros portasse (m) & peccata nostra  
justif. c. 10. ut agnus DEI (n) imò peccatum factus (o) imputative scil. non ha-  
(m) Esa. 53. 4. bitualiter sic & ejus obedientia nostra fit imputativa, non per in-  
(n) Job. 1. 29. fusionem, & expulsionem omnimodam prioris vitiōsi habitus.  
(o) 2. Cor. 5. 21. 85. Non tamen hæc justitia imputata est nudè putativa & ex-  
(p) Ebr. 9. 24. terna, ut eam appellat Costerus. Sed potius verè nostra. Quia  
enim per hanc imputationem justitiae Christi, ejus membra reddi-  
munt mystica, mirabiliterq; quoad interiorem hominem unimur,  
utiq; hæc justitia, non ut velum externum, nos exterius mundos  
apparere faciet, sed & in corde sanctificabit, & conscientias ab ope-  
ribus mortuis mundabit (p)  
86. Adeoq; hanc imputationem justitiae Christi non opponen-  
dam esse Remissioni peccatorum appetet. Quod autem Aposto-  
lus illam jam manifestari sub DEI tolerantia dicit, eo ipso innuit.  
Quod DEUS tolerans fuerit in eo. Quamvis enim satisfactio hæc à  
Filio non præstata sit sub initio mundi, attamen DEUS tempus ple-  
(q) Gal. 4. 4. nitudinis exspectavit (q) & æq; patribus in V. T. remissionem pec-  
catorum fide in satisfactionem hanc futuram, ac nobis exhibuit,  
unde

unde & eadem gratia salvari speramus ac patres nostri (r) Quod (r) A&T. 15.  
autem illi gratiae hujus participes facti sunt, ut nos, DEI tolerantiae n.  
tribuendum esse inquit Apostolus.

87. Addit deniq; Apostolus in remissionem *præcedentium peccatorum*. Ubi nonnulli intelligunt dissimulationem DEI quâ DEUS remittens peccata simulat quasi præterita jam dudum sint, cum ipsum non amplius offendat, propterea quod tecta sint, & tanquam dudum oblivioni tradita.

88. Sed per peccata præcedentia hic intelligitur legales figurae V. T. ad quas hoc loco Paulus respicit, in quibus adumbrata fuit Christi satisfactio, quemadmodum explicat D. Menizerus (f) Tom 3. Ne igitur aliquis illa sacrificia in dubium vocaret, nec peccata illogrum in V. T. æq; expiata esse sub typis crederet, Paulus addit & repetit illa æq; placata esse ac nostra, quæ post hanc satisfactionem factam patravimus. Gieß. disp. 18 ib. 49.

89. Adeoq; hic non putandum: Ac si Christus tantum pro originali & præteritis peccatis satisfecisset, quemadmodum Anselmum & Catharinum hunc locum explicasse fertur, nam universale & sufficiens lytron est sanguis Christi, qui nos mundat ab omni peccato (t) & placamentum est pro totius mundi delictis (u) i. Job. Nec quicquam hic valet discriminem inter mortis Christi sufficietiam & ejusdem efficaciam. (u) i. Job. 2. 7.

90. Ultimò explicanda restat causa finalis, quæ est *justitiae divinae declaratio*, quam Paulus innuit vers. 26. varias qui hujus loci lectiones & Expositiones desiderat conf. disp. Gieß. (vv) tom. 3.

91. Per hanc justitiam DEI nonnulli indicari putant ejus bonitatem & misericordiam, quâ justi sumus coram DEO. Et vocatur *tb. 50.* justitia Fidei, non tantum quia à Fide incipit & dirigitur, sed quia consistit in gratuita remissione peccatorum propter Christum fide apprehensum, qui est fundamentum justitiae nostræ, (x) & solidam hanc accipit, quorsum respiciens B. Lutherus vertit: *Die Ge. 1. 30.* rechrigkeit die für GOET gile.

92. Non tamen & hic sensus incommodus esse videtur, scil: Quod Deus justus maneat: Quamvis enim gratis condonet peccata, attamen nemini hoc facit, nisi illi, qui fidem habet in Jesum Christum, qui quia satisfecit pro credente in eum, igitur justitia DEI

DEI non læditur, licet hunc impium justificet, cum satisfactionem  
sibi verè imputatam offerat. Et sic simul justitia declaratur.

93. Et tantum pro scopi & Exercitij ratione de proposito The-  
(y) 2.Tim. mate. Salvatori nostro Iesu Christo, qui mortem sustulit & vitam  
1,10. ac immortalitatem in lucem produxit (y) qui est Jehova justitia no-  
(z) Jer. stra (z) cum Patre & Spiritu S. sit laus, honor, & gloria,  
33,6. nullis seculis termenda Amen.



**N**il nostris meritis nisi mortis pœna, & a-  
vernus

Debentur, rigidi si juris lance supremus  
Compensare volet: sed sit tibi gloria, Christe,  
Solvisti nostrū vice, frangens tartara & orcū,  
Ac tibi fidentes in cœlica regna reponis.

Hoc H E Y S I hisce doces thesibus tibi filum  
Ariadnes

Effatum Pauli, tu pergit fidere Paulo,  
Nunquā hic te fallet, cœliq; in sede repostus  
Donatori olim cantabis carmina Christo.

JOHANNES QUISTORPIUS, D.  
& Theol. Facult. Senior.



**Q**uisq; fide justum fidit se, infidus in ipso  
Justo. Non puto sic justificare fidem.

In honorem Præstantissimi Dn. Respondentis  
de justificatione disputantis

JOACHIMUS LÜTKEMANN,  
Eccl. & Profess.

• 0 (0) 90



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738032662/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738032662/phys_0023)

DFG



unde & eadem gratia salvati speramus ac patres nostri autem illi gratiae hujus participes facti sunt, ut nos, DEI tribuendum esse inquit Apostolus.

87. Addit deniq; Apostolus in remissionem *præcedatorum*. Ubi nonnulli intelligunt dissimulationem DEI remittens peccata simulat quasi præterita jam dudum ipsum non amplius offendant, propterea quod tecta sunt quam dudum oblivioni tradita.

88. Sed per peccata præcedentia hic intelligitur Irae V. T. ad quas hoc loco Paulus respicit, in quibus auctoritatis Christi satisfactio, quemadmodum explicat D. Melius. Ne igitur aliquis illa sacrificia in dubium vocaret, nec primum in V. T. æquata esse sub typis crederet, Paulus petit illa æquata esse ac nostra, quæ post hanc satisfactionem patravimus.

89. Adeoque hic non putandum: Ac si Christus tunc originali & præteritis peccatis satisfecisset, quemadmodum helnum & Catharinum hunc locum explicasse fertur, nam sale & sufficiens lytron est sanguis Christi, qui nos mundi peccato (et) & placamentum est pro totius mundi. Nec quicquam hic valet discrimen inter mortis Christiam & ejusdem efficaciam.

90. Ultimò explicanda restat causa finalis, quæ est *vinæ declaratio*, quam Paulus innuit vers. 26. varias quæ lectiones & Expositiones desiderat conf. disp. Giess. (vv)

91. Per hanc justitiam DEI nonnulli indicari putant tatem & misericordiam, quâ justi sumus coram DEO. justitia Fidei, non tantum quia à Fide incipit & dirige quia consistit in gratuita remissione peccatorum propter fide apprehensum, qui est fundamentum justitiae nostræ. Nam hanc accipit, quorsum respiciens B. Lutherus veritatem rechitigkeit die für GOTT gile.

92. Non tamen & hic sensus incommodus esse videtur. Quod Deus justus maneat: Quamvis enim gratis condonat, attamen nemini hoc facit, nisi illi, qui fidem habent in Christum, qui quia satisfecit pro credente in eum, igitur




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 1234567890

A&. 15.  
II.

Tom. 3.  
ff. disp.  
b. 49.

i. Job.  
7.  
i. Job.  
2.

tom. 3.  
18.  
50.

i. Cor.  
30.